



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

76. Sabb. Septem dolores B. Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

122 Fer. 6. Dom. Quinquag.

lentam vel floridam iniverit, per talem de-
curret. Si pestis in semine sit, perversum ei-
germen. Testa siguli male initio cocta, fun-
damentum in arena, infans deformiter ta-
tus, affecta erunt omnia. Parvus initio emer-
in magnum excrescit eundo, qualis fons,
tales fluvij. *Quomodo* perfectionem
se consecuturum speret, qui ab ea non in-
cepit? Reflectam me ad hortum, in quo fuimus
Adam, & hunc, in quem introivit **Iesus**, &
quæram, cur ex simili loco tam dissimilis exi-
tus? Adæ infamis, Christi viatoriosus? sol-
vet mihi dubium D. Bern. loquens de Ade-
lapsu: Ser. de S. And. *Non habuit fortitudi-
nem, quia non habuit fervorem.* Petam fervo-
rem, sine quo non habeo fortitudinem.

Conf. 3. Duo media ad fervorem auctore
Christo dari: Alterum, bona consuetudo in
omnibus ferventer operandi: alterum fre-
quentatio SS. Luc. 22. ibat Dominus secun-
dum consuetudinem in montem olivarum. Mai-
26. est: *Oliveti*, id est, vallis pinguium; quia
spirituali pastus cibo concendere debet
monte virtutum, quibus ungatur & reficiatur.

MEDITATIO LXXVI.

Sabbato Dom. Quinquag.

Septem dolores B. Virginis.

Videbo B. Virginem luctu plenam, septem
dolo-

Sabbato Dom Quinquag. 123

doloribus lugubre vestitis circumseptam.
Petam eos agnoscere, eique compati.

Aspiciam 1. dolorem nondum est corde
Virginis deletum, in prima Christi ab Herode
persecutione ortum.

2. Dolor: De quo ipsa dixit S. Brigittæ,
Lib. 6.c. 56.57.58. in cogitatione fuit D. Vir-
ginis dicentis: Quoties aspiciebam Filium
meum, quoties involvebam pannis, quoties
videbam ejus manus, & pedes, toties animus
meus quasi novo dolore est absorptus: quia
cogitabam, quomodo figeretur cruci.

3. Dolor, qui fuit, inquit D. in auditu meo:
Nam quoties audivi opprobria, & mendacia
& insidias filio meo posicas, animus meus
motus est ad dolorem, ita ut virtute Dei co-
hiberi debuerim, ne motum transirem ho-
nesti, & ne impatientia, vel levitas notaretur.

4. Dolor fuit in visu, inquit, meo: nam
quando vidi Filium meum flagellari & liga-
ri, & in ligno suspendi, dolore quasi exanimis
reassumpto deinde spiritu steti dolens, &
patiens, ut nec inimici mei aliud in me re-
perirent.

5. Dolor, in tactu, inquit, meo: Ego eni-
cum alijs deposui Filium meum de cruce, &
involvi, & imposui in tumulum, ubi sic au-
gebatur dolor meus, ut vix manus meæ, &
pedes mei habuerint robur ad sustinendum.

F 2

O quam

124 *Sabbato Dom. Quinquag.*

O quām libenter tum fuissem sepulta cum
Filio meo!

6. Dolor desiderij. Patiebar, inquit, et
vehementi desiderio pervenienti ad Filium
meum, postquam ipse ascendit ad cœlum.
Quia longa mora, quā habui in mundo post
ascensum ejus, dolorē meum augmentabat.

7. Dolor compassionis dilectorum Dei.
Patiebar, inquit, dolorem ex tribulatione
Apostolorum, & amicorum Dei, quorum do-
lor erat dolor meus, timens semper, ne suc-
cumberent, & dolens, quod verba Filij mei
ubique haberent contrarietatem.

MEDITATIO LXXVII.

Dominica I. Quadrag.

Tria mala mundi triplici modo superāda

*V*idebo Dominum anno ætatis suæ 31. a.

7. Ianuarij post baptismum usque ad 13.
Febr. jejunantem, & tentatum in eo deserto,
ubi inciderat in latrones ille. Luc. 10. Petam
lumen pugnandi cum hoste, & vincendi.

Conf. 1. Primam hostilitatem esse delecta-
tionem, quæ sub falsa ratione boni obijci-
tur sensibus, & appetitui. Sic dæmon hodie
Christo objecit panes, quem Dominus con-
tinuò rejecit unico, *Non in solo pane* &c. Quod
remedium contra delectationem ipse fuisse
explicat D. Gertru. l. 4. c. 17. *Cum quis impu-*
gnat